



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

XVIII. Aprilis. S. Vvicterpvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

SWICTERPVVS ab ineunte ætate monasticis disciplinis institutus, tantum in pietate ac literis profecit, vt ab Hariolpho Lingonensi Episcopo, recens à se fundato Elefacensi cœnobio monachorum institutioni sit præfectus. Vbi tam laudabiliter id muneris gessit, vt eidem Hariolpho in abbatiali regimine succedere meruerit. Et quia se ille hoc modestius gerebat, quo altius ascenderat, non destitit fama nomen eius celebrare, quoad eum in Pontificis cathedrâ Augustæ Vindelicorum collocaret, vt publicam vitæ sanctioris lampadem mundo exempli causâ ostenderet. Suos itaq; tam verbo quam exemplo pacens, Arianam hæresim penitus eliminavit. Curam etiam adhibuit, vt loca sacra Hunnorum incurfionibus, aliisque tumultibus bellicis vastata restaurarentur, & pristinum nitorem reciperent. Hinc S. Afræ martyris ecclesiam dirutam reedificauit, Fuldenpacense Monasterium fundauit, Benedictopuranum, ac Füessense templum, Campidonensis quoq; cellulæ ecclesiolam primus consecrauit. Tandem sanctitate plenus in pace quieuit, XIV. Kal.

Maii, cum Ecclesiam Augustanam XVI. rexisset annis. *Ex
vita. SS. Aug. & Bau. Sancta.*



IN
DIE
VIGILIA
SANTAE
MARTYRIS
AFRAE
MAYI
XIV. KAL.



S. VICTERPVVS EPISCOPVS AVGVSTANVS.
 Quicumq; manducaverit panem, et biberit calicem Domini in-
 digne, reus erit corporis et sanguinis Domini. 1. Cor. n.

Handwritten notes in red ink on the right edge of the page, including the word "Benedict" and other illegible characters.

VI.